MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 100r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



Sit nomen decimi anni Pyramides alta Pon
tificis comitis quoque tuis trayane triumphis lustra sex
inter consors consulis esse Et positionem horum versuum dis
creti lectoris iudicio committo Hec monumenta ab in
colis horrea Pharaonis vocantur et quam plurima
alia in babilonia et prope cernuntur miraculia Et ut
quam a pluribus audivi veridicis mercatoribus qui
assidue transierunt ab hac babilonia nova Distat
a babilonia antiqua in qua fuit turris babel circa
xxxvi dietas in caldea iuxta baldach inter sep
tentrionem et orientem Et est sciendum quod dum in ipsis
partibus per quinquennium assidue et continue cum omni
bus hominibus in quibus humanum sit ydeoma die
noctuque sim conversatus cottidie de diversis inquirens
quibus omnibus eram informatus Cum de antiqua
babilonia in qua fuit turris babel numquam
plus ab aliquibus viventibus discernere potui quam hic
sequitur Baldach civitas In caldea in oriente est civitas
nobilissima et pulcherrima et ultra modum poten
tissima et de omnibus civitatibus orientalibus meli
oribus una et super flumine paradisi Eufrates sita
Baldach vocata prope quam ad dimidium miliare
ut circa ubi incole et habitatores illius terre dicunt et
credunt stetisse antiquam babiloniam quod etiam bene
testatur maxima ruina et immensa congeries struc
turarum diversa et lapidum que a longe mirifice